Specimen inaugurale medicum de podagra ... / eruditorum disquisitioni submittit Jacobus Fredericus Regius.

#### Contributors

Regius, Jacobus Fredericus.

#### **Publication/Creation**

Regiomoni Borussorum : Litteris Hartungianis, [1759]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/bys7s5qp

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

## Q. O. B. V. SPECIMEN INAUGURALE MEDICUM

DE

# PODAGRA,

QVOD

EX DECRETO AMPLISSIMAE FACULTATIS MEDICAE IN ACADEMIA REGIOMONTANA

## GRADU DOCTORIS,


SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS

ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

## JACOBUS FREDERICUS REGIUS, NIZZENA- CURONUS.

A. MDCCLVIIII. 20. DECEMBRIS.

REGIOMONTI BORUSSORUM, LITTERIS HARTUNGIANIS.




## VIRO

ILLUS TRISSIMO, GENEROSISSIMO, EXCELLEN TISSIMO,

## D. PANAIOTAE de CONDOIDI.

AUGUSTISSIMAE AC POTENTIS-SIMAE SACRAE IMPERII TOTIUS RUSSIAE MAJESTATIS AUTOCRATORI ET IMPERATRICI A CONSILIIS INTIMIS, SACRATISSIMAE AUGUSTAE IMPERATRICIS PERSONAE PRO CUSTODIENDA PRETIOSISSIMA EIUS SALUTE MEDICO PRIMARIO, CANCELLARIAE MEDICAE PRAESIDI VNICO, RE-RUMQVE MEDICARUM PER LATE PATENTIS IM-PERII ET INNEXARUM EI PROVINCIARUM DIRECTORI SUPREMO,

MAECENATI OPTIMO,



## NEC NON VIRO PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO, D. JOHANNI CHRISTOPHORO BOHLIO,

AUGUSTI BORUSSORUM REGIS ARCHIATRO,

PROFESSORI MEDICINAE IN UNIVERSITATE REGIOMONTANA ORDINARIO SECUNDO,

PATRONO VENERANDO,

AUGTOR.

HANC DISSERTATIONEM, EO, QVO PAR EST, OBSEQVII ET HONORIS CULTU, CUM VOTO OMNIS FELICITATIS SACRAM FACIT

AUGUSTI BORUSSORUM REGS

ARCHIATRO,

PROPESSORI MEDICINAE IN UNIVERSITY

REGIOMONTANA ORDINARIO SECT.

PATRONO FEMERANDO

AUCTOR.



### SPECIMEN INAUGURALE MEDICUM DE PODAGRA.

#### §. I.

olor artuum in partibus, qvae ad formandum articulum aliquid faciunt, feu dolor in locis articulationum Arthritis appellatur. Hic vel plures articulos fimul occupat, vel in vno feu altero In priori cafu audit Arthritis vniuerfalis, in

posteriori particularis.

#### §. 2.

Arthritis particularis (§0. 1.) in diuerfas iterum difpefeitur species, prouti loca variant, in qvibus dolor observatur. Sic dolor haerens in manu, *Chiragra* audit; in pede extremo, *Podagra*, in genu, *Gonagra*; in coxis, *Coxagra*; in A 2 fpina

fpina dorfi, Trachleagra; in scapula, Rachisagra; in lumbis, Pechiagra; in cubito, Omagra; in collo, Siagonagra.

#### §. 3.

Dividunt etiam Arthritidem in Fixam, qvando dolor articulorum in uno permanet loco; Vagam, qvando ex uno loco ad alterum abit; Vernalem, qvæ in Januario incipit, & ad Majum usqve durat, & Autumnalem incipiente Augusto in exeuntem Decembrem protractam.

#### §. 4.

In hac differtatione nobis propofuimus, istam speciem Arthritidis perlustrare, quae Podagra dicitur; licet inquirenda non tantum valeant de hac, sed etiam de reliquis speciebus.

#### §. 5.

Podagra est igitur (§. 1. 2.) dolor, in pede extremo, occupans ligamenta, musculorum tendines, & vaginulas eorundem in pede circa loca articulationis presentia.

#### §. 6.

Ex definitione (§. 5.) allata liqvet, dolorofum hunc affectum in fenfu stricto confideratum, morbum non esse idiopaticum, sed symptomaticum. Omnes enim podagra laborantes dolore afficiuntur; dolor autem est symptoma partium nervosarum, sensibilium, qvare etiam podagra tale malum est. Verum enimvero cum semper cum hoc affectu impotentia qvædam ad actiones læte, constanter & cum delectamento exercendas sit conjuncta, morbum etiam cundem appellare possemus, morbum qvippe degenerasection for the section of th

#### DE PODAGRA.

fcentium partium fensibilium cum labe qyadam & tabe vaforum functioni pedum famulantium. Definiri etiam potest hic morbus per secretionem laesam in glandulis Haverfianis articulorum.

#### §. 7.

Pes itaqve fedes est podagrae princeps; inprimis autem partes in pede magis fensiles, ut nerui mollissimi ligamentorum, tendinum, velamentorum, periostii Sedem hanc demonstrant dolores atrocissimi & diuturnitas mali, qvae signum est obstructionis in vasis minimis acute sensibilibus, ad qvae Medicamenta non facile accedere qveunt. Qvod autem hic dolor plerumqve in pedibus observetur, ratio in eo qværenda est, qvod pedes magis, qvam reliqvæ partes, injuriis Aëris sint expositi & a causa externa qvacunqve facile comprimantur, refrigerentur, qvod stasin materiae peregrinae podagricae infert.

#### §. 8.

Cum a praesentia saevissimi doloris in partibus pedum sensibilibus (per §um 5. & 7.) ad podagram ipsam concludere liceat; doloris autem causa princeps consistat in extensione praeternaturali fibrarum sensibilium subitanea; podagrae etiam causa princeps erit: Extensio praeternaturalis fibrarum sensibilium in tendinibus, membranis ac nervis.

#### §. 9.

Nulla extensio praeternaturalis (§o praeced.) accidere potest, nisi simul adsit qvoddam objectum nervos sentientes vellicans; hinc & in podagra ejusmodi objectum irritans, sive sit externum, siue internum, adesse debet; qvod A 3 vocabo

6

vocabo materiam viscidam, acrem, stagnantem, parietes vasorum minimorum rodentem, hanc sequitur stafis, extensio, dolor. Causa mediata proximior vero hujus mali erit illa qualitas MSeae vitiata, quae consistit vel in Cacochymia pituitosa, vel in acri acida, vel in pituitosa & acri simul, quae obstructiones producunt in vasis subtilissi tendinum & ligamentorum; sive stafis a materia viscida & acri in vasis subtilissimis ligamentorum & tendinum podagram inferre valet. Podagra enim,

- a. Ut morbus chronicus pro fundamento habere debet viscidum & acre.
- b. Medicamentis refolventibus amaris & antacidis curatur, qvibus etiam utimur in morbis a viscido seu acri dependentibus.
- c. Caufae praedifponentes omnes, ut Aër humidus, frigidus, fenium, cibi vifcidi, farinofi; tempus paroxifmi &c. vifcidum & acre producentes certitudinem hujus veritatis abunde demonstrant.
- d. Plurimi denique hoc malo afficiuntur folo abufu vini praecipue acidi, quod praefentiam acrimoniae acidae indicat.

#### §. 10.

Caufae mediatae remotiores mutantes sunt: s. Aër bumidus, frigidus, procellosus, nam

- a. Aer humidus augendo humidum in corpore.
  - Salia diluit minusque reddit activa, hinc praeparatio ad fe - et excretiones depurationesque fangvinis impeditus.

B.Fi.

- B. Fibras debilitat, in qvo ftatu motus humorum reqvifitus deficit, fe - et excretiones depurationesqve fangvinis minus recte fuccedunt, unde vifcidum & acre generatur.
- b. Aer frigidus fibras reddit rigidas humoresque spisso, qvare stafis humorum & hinc inde podagra infelici progenie nascitur. Haec quoque ratio videtur, cur
- 2. Pedes sudore madentes subito refrigerati, podagram cito inferant?
- 3. Cibi viscidi, farinosi, abusus Acidorum & vini ipsius nimius ad ebrietatem usque abusus. Viscida quippe difficile resolvantur a viribus adsimilatricibus; Salia acida & vinum sangvinem coagulant, partes ciborum terrestres evolvant, quae sangvinem majori quantitate intrantes, eidem mixtae viscidum & acre praedominans generant.
- 4. Commessationes & ebrietas inferunt cruditates, quae novo fomite viscidum & acre in sangvine procreant. Hinc LI-STERUS diactam in cibo & potu tanquam auream regulam diaeteticam pro principe cura commendat in podagra, ut assimilatio ciborum in chylum eo citius absolvatur, humores boni & cocti secenantur, omne vero peregrinum & noxium a sangvine arceatur.
- 5. Venus praematura, fervens, studia acerrima, lucubrationesqve corpus maxime debilitant, & Spiritus majori qvantitate confumunt: tum vero corpore debili depurationes MSeae minus recte succedunt; hinc non mirum, qvod humores spissi & acres ob defectum Spirituum generati, podagram excitare qveant. Ob qvam causam verum est

8

est proverbium omnibus notum: qvod Bachus sit pater, venus mater & ira obstetrix podagrae.

- 6. Animi pathemata. Qvo ferenior & tranqvillior enim est animus, eo meliores depurationes MSeae, accumulatio vero materiae peccantis i. e. viscidae & acris impeditur.
- 7. Sommus nimius & parcus augent spissitudinem, hinc augmentum materiae peccantis, & podagrae sunt amici.

#### §. II.

Causae mediatae remotiores determinantes sunt.

- 1. Aetas tricennaria. Ante trigefimum annum podagra aegre invadere folet corpus, nam
  - a. Ante dictum tempus fibrae funt adhuc teneriores, molles, facile dilatabiles, ideoqve stafin in vasis minutissimis ligamentorum non admittentes.
  - b. Temperamentum in hac aetate est plerumqve fangvineum seu phlegmaticum, qvantum autem homo ætate incressit, eo magis mutatur in cholericum vel melancholicum, fibrae evadunt robustiores, rigidiores, fluido magis ressistentes, humores negotios & laborios hominis vita funt viscidiores; hinc non mirum, qvod acrimonia & spissitudo presso pede infequatur.
  - c. Errores denique diaetetici hac aetate commissi facile viscidum & acre accumulant, sicque podagram provocant, morbum huic aetati familiarem.

2. Sexus virilis plerumqve huic malo est obnoxius, nam

a. In

- a. In fexu sequiori adest temperamentum humidum, fibrae adfunt & vasa magis dilatabilia; hinc obstructionem non facile in vasis subtilissimis tendinum, ligamentorum & nervorum admittentia, cujus tamen praesenciam in podagra in prioribus defendi.
  - b. In sexu sequiori per fluxum Mensium ordinarium, qvae est principalis depuratio MSez, defoecatur sangvis, praecavetur omnis accumulatio causæ mediatæ proximioris podagrae, viscidi qvippe & acris.
- 3. Dispositio haereditaria, immo ctiam contagium miasmatis podagrici orificiis corporis fotu & calore exaltatum adhærens, experientia teste.
- 4. Corpus tumidum, crassum, plenum. Talia enim subjecta humores habent viscidos, ceterisque paribus fibras magis debiles, quod genesin viscidi & acris promovet,

#### 6. I2.

Causae, quae paroxismum accelerant, seu reditum paroxifmi reddunt crebriorem, funt:

- I. Vitia admissa in fex rebus non naturalibus, seu causa mediatae remotiores mutantes ( §o. 10. allatæ) & fequentes. ut
- 2. Abusus in comestione Asparagorum, lardi & similium. nam
  - a. Afparagi aëre sunt repletissimi, qvi expandens se in loco calido & humido intestinorum vafa horum comprimit, circulum humorum & fangvinis turbat, motum sangvinis reddit inæqvalem & vitiat qvalitatem MSez. Afparagi etiam ad putredinem fortiter inclinant; hinc intestina expanduntur, & ex hac gyogye caufa

causa vasa minutissima comprimuntur, affluxus menstruorum per hæc vasa compressa impeditur, digestio assumtorum depravatur, cruditates sangvinem ingressa stasin efficient plurima mala generantem.

- b. Lardum copiose affumtum involvit Salia Menstruorum, ut fiant minus activa & adsimilationi ciborum non conducunt, sed nova tormenta redeuntia podagricis adserunt.
- 3. Evacuationes nimia & nullo indicio adbibita diffipant ferum & fpiritus majori qvantitate, unde accumulatur viscidum, & obstructionis causa fit. Falsum hine est praejudicium eorum, qvi, malo remittente, purgantia exhibent drastica ad removendas impuritates; purgantia enim talia non tantum noxias, sed etiam partes eliminant salubres, unde debilitatis ex viscido & acri nova qværela.

#### 5. 13.

Indoles acrimoniae podagricæ ex §o. 9. liqvet & eft ACIDA, qvod patet

Ex causis prægressis, nempe cibis viscidis, viniqve abusa &
 Luvantibus Mtis alcalicis, qvæ in acrimonia acida profunt.

#### \$ 14.

#### Diagnoffica signa paroxismi podagræ imminentis, sunt:

- 1. Cruditates prægreffæ, feu depravata digestio ciborum vifeidum & italin generans.
- 2. Ructus, qui indicant Aërem copiofum ex cibis corruptis in ventriculo hærentem.
- 3. Gravitas; est signum viscidi præsentis transitum per vala minutissima impedientis.

4. Ter-

- 4. Torpor flatulentus; est signum humorum depravatorum, & concoctionis deficientis, qvod viscidum & acre accumulare potest.
- 5. Obstructio alvi pracedens viscido & acri amica est, quare etiam Medico, extra paroxismi ingruentis tempus, semper respiciendum est ad depuraciones sangvinis, ad se = ac excretiones, ut rite succedant, neque acre & viscidum accumuletur.
- 6. Sudor pedum folitus, interceptus, materiam acrem retinet & paroxilmum accelerat.
- 7. Varices pedum extensionem venarum præternaturalem & debilitatem externam denotant, hinc occasionalis viscidi & acris causa sunt.
- 8. Aër humidus & frigidus sangvinem bonum & transpirationem impedit, viscidum & acre simul accumulat.
- Mutatio coeli. Si enim omnes subitæ mutationes corpori sunt noxiae, etiam rarefactio prægressa major, subseqvente refrigerio subitaneo, producit spissum & acre obstructionemqve.

#### §. 15.

Paroxismi podagrae presentis ex se cognoscuntur: adfunt enim dolores pedum modo tendentes, modo dilacerantes, coarctantes, qvi dolor primo remissior, gradatim intenditur & noctu inprimis recrudescit, ob desectum spirituum & transpirationem impeditam, qvae per antedicta incrementum materiæ viscidæ tartareæ generant. Qvo vehementior vero doloris cruciatus, eo brevior & remissior paroxismus.

#### §. 16.

Quoad durationis tempus, tormentum hoe podagricum, licet periodicum sit, nunquam tamen brevi tempore

II .

vel in instanti tollitur; obstinax enim caufa ejus a viscido & acri dependens obstructiones difficillime resolvendas in vafis minimis & visceribus depuratoriis procurat longiori medela indigentes. Curam effe difficilem haud tamen impoffibilem, adserentibus gravibus in arte Viris; qvods enim vel obstinax sit genium morbi, dummodo æger ipse non in culpa sit, qvi medicamentorum tædio correptus, diætam exquisitam ei præscriptam ad longius-nimis tempus abhorret, & curæ prægravis morbi invincibilia obver. tat obstacula, lenimen & solatium mali experiri omneqve superare poterit periculum. Hæc causa est, cur quosdam curare possimus podagricos, non vero omnes. In malo ergo recenti, viribus integris, visceribus sanis, curam instituere valeamus sat radicalem. Ast si dispositio adsit bareditaria, tophi podagrici obstructionem gravissimam denotantes, malum inveteratum, curam tantum palliativam pollicemur camqve difficillimam. Pedes qvoqve leni sudore perfusi, sunt figna paroxismi remanentis; denotant enim vasa subtilissima eo tempore este aperta & spissitudinem resolutarn, ut stafis & obstructio cedant. Prima quando vice ægrotus paroxismum fert, pedes ipfius quafi ab epoto veneno desquamati observantur, durante enim paroxismo multa Salia acria ftagnarunt, qvæ epidermidem & fibras fubtilisimas eroferunt, ut furfurum specie deciderint. Verum enimvero paroxismi sæpius recurrentes in fine nodos materia podagrica repletos efficiunt, ob expulsionem partium subtilissimarum & remanentiam ac augmentum partium craffarum, qvz vafa subtilissima ad crepaturam usqve extendunt, unde tandem haec subjecta aegritudine potius afficiuntur, quam dolore, ob deficientem extensionem praeternaturalem fibrarum sensibilium ab obstructione plenaria & ruptione valorum productam. Animadvertendum etiam est, qvod me-Kus

13

niam

lius fit, quando pars affecta tumore occupata cernitur qvam non; prius enim est fignum, stafin & obstructionem non esse in vasis subtilissimis periostii vel aliarum partium, qvam expedire possimus.

#### §. 17.

Ex prægressa hujus mali theoria patet, qva ratione hujus medelam rite instituere atqve absolvere valeamus, nempe indicatio curatoria co recidet, ut stasin materiae podagricae removeamus, sibrasqve debilitatas roboremus. Huic operi manum imponendo, semper prius inqvirendum est, num malum sit recens vel iam inveteratum (§0. 16.). Prius enim adhuc curam admittit radicalem, posterius vero palliativam tantum. Hinc duo erunt problemata in methodo curandi refolvenda, nempe

imum. Qvid medico faciendum in podagra recenti, qvac curam radicalem adhuc admittit?

2dum. Qvid ei faciendum in malo inveterato, ubi cura palliativa tantum ægrotum levare possimus?

#### .81

CURA RADICALIS in PODAGRA RECENTI (per Sum præced.) alia est tempore paroxismi, alia paroxismo iam evanescente.

#### §. 19.

Tempore paroxismi (§o. præced.) medicamenta in podagra recenti curam radicalem admittenti, funt fequentia:

#### Imo. EVACVANTIA, & qvidem.

1. Venefectio in plethoricis & doloribus atrocifimis inftituenda; alio vero tempore hæc evacuatio nocet, qvo-

niam neqve causam i. e. qvalitatem sangvinis vitiatam, neqve sedem, nempe vasa subtilissima tendinum & ligamentorum, neqve materiam mali imminuit, sed potius exasperat.

- 2. Purgantia leniora & clysteres emollientes, resolventes, in principio paroxismi & obstructione alvi. Depurationes enim MSeae quovis modo in hoc morbo sunt promovendæ & materia atrox, prægravans, resoluta per excretionem alvi impeditam evacuanda est.
- 3. Diaphoretica blandiora. Hæc remedia efficaciter refolvunt materiam viscidam & evacuant partes acres per transpirationem ex corpore, mediantibus vasis cutaneis, magna qvantitate & infensibili forma, ut hoc modo paroxismus imminuatur, & malum auferatur. Horum in numero funt:
  - A. Infuſa theiformia ex reſolventibus blandioribus, ut infuſum ex 3fol, fibr, rad.gramin. chinae, ſaſſaparıl, polypod, głycirrhiz, altheæ; HBæ ſcord. betonicæ, ſcabioſ. cort. citri, aurant. lign. ſaſſaſras &c. item Decoctum panis, avenæ excorticatæ, pro potu ordinario.
  - B. Effentiae resolventes, ut scord. 3fol. fibr. cent. min. fumariæ cum Tincturis martial. Resolvunt enim viscidum, qvando Martialia acre acidum absorbent, ut dolores & stafes imminuantur e.g.

Rec. Eff. fcord, 3 fol. fibr. Tincturæ martis cydon. aa 3j. M. D. ad vitrum. Dof. 49. 50. guttul.

 Pulveres temperantes, refolventes cum martialibus, ut Mfia alb. antimon. diaph. fuccin. alb. ppt. arcan.
 2 pl. Sal. polych. Sal. abf. crocus martis aperitivus
 c. g.

R. Mliz

### DE PODAGRA.

Rec. Míiæ alb. ppt. Cort. chin de chin. aa 3ij. Arcan. 2pl. 3ii<sup>g</sup>. antim. diaph. croci martis aperit. aa 3ij. M. F. pulv. Dof. 3j. 24. gr. 3<sup>g</sup>.

#### Ildo. ALTERANTIA, potifimum, qvæ

- e. Viscidum resolvant & materiam peccantem ad evacuationem aptam reddunt. Sunt hæc formulæ præcedentes (No. 3. α. β. γ.)
- B. Dolorem imminuunt. Hæc funt vel medicamenta interna vel externa.
  - a. Mta interna dolorem mitigantia funt ea, qvæ stasin seu obstructionem removent & materiam stagnantem resolvunt, qvo facto, extensio & dolor cessare cogitur & sunt priora decocta & infusa theisormia (No 3. a) allata. Item potus calidus, copiosus Seri lactis materiam stagnantem tartaream resolvit & ad evacuationem aptam reddit, ut vasa & sibrae fensiles haud amplius præternaturaliter extendantur & dolores imminuantur. In maxime gradu doloris, (qvando haud stragulorum superincumbentium pondus ferre valet, & dolores lancinantes minantur) in casu sum necessare et al. Et al. Et al. Status et al. St
  - b. Mta externa funt varia, in quorum numero probatissima & tutissima funt Pulveres contra erysipelas externe applicati. Hæc enim medicamina poros non obstruunt, sed potius transpirationem promovent, calorem conservant, materiamqve resolvunt viscidam, ut e.g.

16

Rec. Pulveris flor. famb. melilot. Farinæ fabarum aa 3j. Pulveris lycopod.ceruffæ aa 3ß. Myrrh.3iij. camph. croci a 3g. M. F. Pulv.

Non nullis etiam subjectis conueniunt linimenta spirituosa ex spiritibus alcalicis volatilibus resolventibus & catapl. emollientia cum saponaceis & paregoricis ut e. gr.

Rec. Spiritus cochl. 38. C. C. Salis \*ci urinofi aa 3j. theriacæ androm, 38. M. F. Linimentum refolvens & roborans.

#### §. 20.

Post paroxismum (confer. §um 18.) Medicamenta in podagra recenti adhibenda sunt ea, qvæ

- 1. Fibras pedum debilitatas roborant tam externe quam interne.
  - Externa Mta roborantia funt linimenta fpirituofa e. g. Rec. Spiritus ferpilli, lumbricorum volatilis aa ZB. Eff. caftor. 3ij. Balf. peruv. 3j. M. F. Linimentum.
  - B. Interna Mta roborantia funt. Pill. Becheri, Stahl. qvæ viscidum resolvunt & cruditates ex intestinis evacuant. Item Mta amara & resolvencia martialibus iuncta e. g. Rec. Eff. aristol. rotund. Tincturæ Salis tartari aa 5iij. Est. pimp. alb. 3j. M. D. ad vitr.
- Tumorem pedum a debilitate fibrarum ortum removent;
  & funt roborantia externa ac interna præcedenti no. φ. β. allata.

3. Tophos podagricos auferunt resolventia & discutientia e.g. R. Empl. sapon. Barbetti žij diaph. Mynsichti žj.

4. Paroxismum redeuntem impedium.

a Venæ-

- a. Venæsectio ante aeqvinoctium vernale. Sangvinem enim abundantem evacuando melius vasa sese constringunt & depurationes MSeæ fiunt majori gradu, sicqve genesis viscidi & materiæ acris impeditur. Etiam cucurbitæ prosunt, qvæ sangvinem ad pedes vasa dilatando determinant & transitum sangvinis promovent stassen in pede impediunt.
- b. Refolventia, laxantia & antacida. Hæc enim primas vias purgando & gluten viscidi imminuendo, depurationem MSeæ promovent e. gr.
  - Rec. Rad. pimp. alb. tarax: ariftol. rotund. aa 3ij. HBæ marrub. alb. chamædr. chamæpit. fumar. abfynth. aa Mj. Flor. tarax. P. j. Sem. anifi 3iij. Cort. citri 3vj. Lign. Saffaf. Fibr. helleb. nigr. aa 3ß. Rad. bryon 3j. Rhab. oriental. 3vj. Agar. alb. Salis tartari aa 3iij. C. C. gr. m. F. Species pro vino medicato.
- c. Specifica e. g. Decoctum antipodagricum Vintobonenfe, Decoct. rad. pareiræ brav. bacc. iunip. contus. morfulae antimoniales Kunkelii, agunt refolvendo & roborando.
- d. Frictiones pedum, qvæ paroxismum impediunt & refolvendo humores vafaqve dilatando, stafin removent.
- c. Diæta congrua, evitando omnia ea, qvæ caufæ mali anfam præbent & §0. 10. allata funt, ut ebrietas, cibi vifcidi, venus nimia, animi pathemata graviora &c.

#### S. 21.

CURA PALLIATIVA in MALO INVETERATO (per §um 17.) tribus abfolvitur momentis', nempe mitigando paroxismum, impediendo reditum ejus crebriorem & deniqve retroceffum materiae podagricae ab indebita medicatione cavendo.

- 1. Reditus paroxismi crebrior impeditur per Medicamenta (so præced. No. 4. a. b. c. d. e.) allata.
- Paroxismus mitigatur refolvendo materiam morbificam, eliminando ex corpore eam & leniendo dolores (per §um 19. no. II. α. β.)
- 3. Recessus miasmatis podagrici cura (conf. §um 2.4.) variat, prouti causa hujus retrocessionis sunt comparatae.

## 

Producere possint hanc retrocessionem materiæ podagricæ.

- a. Narcotica & opiata incongruo tempore adhibita.
- Refrigerantia & incrassantia progressum materiae podagricae impedientia.
- c. Constringentia spirituosa, quae humores coagulant & materiam podagricam ineptam reddunt ad evacuationem.

d. Medicamenta debilitantia, quorsum pertinent purgantia (§0.12.) vomitoria, sudorifera, Vsectio majori gradu adhibita.

#### DE PODAGRA.

hibita. Hæc evacuantia debilitant vires & humores ex pedibus ad alias partes nobiliores determinant.

e. Emplastra & cataplasmata poros obstruunt cutaneos ac transpirationem in parte affecta infringunt.

#### §. 23.

Hæc materia podagrica, per Medicamenta repellentia (conf. §um præced.) repulsa, multa & periculosa creat mala. Sic materia caput petens Apoplexiam producere potest ab obstructione universali in cerebro & nervis sentientibus; Paralysin, convulsionem & tremorem ab obstructione particulari in nervis moventibus; deliria & debilitatem ab obstructione cerebri & impedita secretione spirituum; Sopores ab obstructione cerebri nervos sentientes & moventes comprimente. Afthma & tuffis evenit quoque, quando materia podagrica pulmones & bronchia obstruit. Pleuritis, peripnevmonia a stasi materiæ in vasis pleuræ & pulmonum timenda erit. Nausea & Vomitus ab obstructione vasorum gastricorum ventriculi malum etiam augebunt. Anxietas vero ab impedito sangvinis transitu per systema venæ portarum in epate suborta infestabit hypochondria & longam novarum indies qværelarum catastrophen ludet. Tormina a stafi materiæ in intestinis nidulantis generabuntur : nec minus Suffocatio a compressione vesicularum pulmonalium ingresfum Aëris liberum in pulmones impediet.

#### §. 24.

In CURA recessus miasmatis podagrici (§0. 21. No. 3.) femper attendendum est ad causas retrocessionis, qvæ si est

1. Ob-

- Obstructio pororum cutaneorum in pede ab emplastris & pingvibus, cura absolvatur emollientibus internis & externis; haec enim fibras emolliunt vasaqve dilatant & materiæ podagricæ novum transitum parant.
- 2. Robur vitale deficiens ex Vsectione, vomitoriis, purgantibus male applicatis; curatur per stimulantia, irritantia & cardiaca; ut Decoctum 3 fol. fibr. Decocta aromatica, vesicatoria, frictiones, cucurbitae, qvæ affluxum humorum majorem inducunt, vasa dilatant & materiam morbificam evacuant.
- 3. Viscera qvædam materiam podagricam ad se rapientia. In hac retrocessionis causa profunt epispastica, frictiones & balnea pedum, qvibus affluxus humorum sit major versus pedes & viam materiæ podagricæ exituræ monstrat atqve

FINEM.

